



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

11. 12. 13. Quum nondum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, (vt secundùm electionem propositum Dei maneret,) non ex operibus sed ex vocante dictum est: Maior seruiet minori. sicut ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

primus est, de ordine vocationis ad fidem incipit: an scilicet ex electione gratiæ detur, an ex præcedentium operum meritis, vt tam Iudæi quàm Gentiles, sed Iudæi magis opinabantur. Quam sanè quæstionem altissimam ita tractat, vt tametsi doceat in genere gratiam Dei misericordiam in electos, & non iniustam reprobatorum reiectionem, tamen quoad Iudæos ipsos verset magis hoc in capite quàm soluat: Iudæorum hac in parte improbam & pertinacem curiositatem magis redarguens, quàm eorum dubitationi respondens. In fine tamè capituli incipit solvere, & duobus sequentibus magis soluit; docens, Iudæos ideo à Deo reiectos, quia non ex fide & gratia Mediatoris, sed ex operibus legis quærebant iustitiam; ideoque eorum reiectionem iustam fuisse & lapsum inexcusabilem.

11. Quum nondum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, (vt secundum electionem propositum Dei maneret,) non ex operibus
12. sed ex vocante dictum est: Maior seruiet minori.
13. sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Propositum Apostolo fuit, Iudæorum fidelium querimonijs de totius penè populi miseranda reiectione (quorum ita pauci in Christum credebant, quum numerosissima esset Gentiliū fideiū multitudo) occurre:

Dei promissiones Abraham factas non excidisse. rere. Suspicabantur illi Dei verbū excidisse, & promissiones Dei semini Abraham factas ritas iam atque inanes factas fuisse. Hanc temerariam opinionem, quae & in Dei iniuria vergebatur, eorum animis eximere hoc loco Apostolus vult. Praefatus igitur de ardentissima sua in illos charitate, adeo ut pro eorum salute optaret anathema à Christo esse, simulque nobilissimas quasdam illius populi prerogativas recensens, ad id, quod eos maxime pungebat, hoc ordine veniens ait: *Non autem quod exciderit verbum Dei id est, Non sic optavi esse anathema pro Iudaeis, nec sic eorum casum deploro, quasi promissiones Dei illi populo factas in vultusum excidisse arbitrer. Non enim omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitae; neque qui semen sunt Abraham, omnes filij. id est, In hoc se decipiunt filijque falso blandiuntur fratres mei, quod promissiones Dei de venturo Messia, & de futura per illum benedictione & hereditate, ipsi Abraham & semini eius factas, soli carnali Abraham semini factas arbitrantur. Non enim qui secundum carnem ex Israel propagati, ij sunt veri Israelitae, in spiritu & in fide; qualis Nathanael ille erat à Christo laudatus; neque quicumque ex carnali semine Abraham generati sunt, illi sunt filij Abraham. Nam & Isaac el ex semine Abraham erat, non tamen filius promissionis, quia nec Abraham fidem sequebatur, nec Abraham opera faciebat. sed in Isaac vocabitur tibi semen, dixit Abraham Deus. id est.*

Ioan. 2.

Rom. 9.

Ioan. 3.

Non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Hoc est dicere: Non sola carnalis generatio ex Abrahâ facit filium Dei per fidē & opera, qualis Abraham erat: sed qui filij Abrahæ sunt secundum spiritum & ex fide, illi æstimantur in semine Abrahæ. Qui enim ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ: & qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abrahæ, ait alibi Apostolus: vt filius promissionis nihil sit aliud apud Paulum quàm filius gratiæ, filius per fidē, vtique quæ per dilectionē operatur. Si ergo carnaliter ex Abraham generati, sed fidem & opera Abrahæ non imitati, promissum Abrahæ semen, in quo omnes benedicentur, id est, Messiam ipsum & Christum non sunt complexi; si à salute per illum & benedictione exciderunt, nō ideo hoc factum est, quia Dei promissio excidit, sed quia illi tales non sunt, quibus ipsa promissio data est.

Quam suam expositionem verissimam, sed ludæis inexpectatam, volens adhuc magis ac magis confirmare Apostolus, ita prosequitur: Promissionis enim verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius. id est, Ex promissione natus est Abrahæ Isaac, ideoque ex beneficio gratiæ, non ex virtute naturali. Sed quare hoc? An quia ipsa carnalis generatio futurorum credentium ex huiusmodi promissione semper postea proveniret? Nihil minus. Sed ideo hic primus

K k 3 Abrahæ

Gal. 3. v. 7 & 9.

Filius promissionis quia.

Isaac cur
ex promif-
sione na-
tus.

Abrahæ filius, verus ac fidelis futurus, et
promissione & beneficio gratiæ nascitur, ut
intelligeremus electos Dei, & populum cre-
dentem, & veros filios Abrahæ, futuros filios
gratiæ, non naturæ; futuros ex imitatione
fidei & bonorum operum Abrahæ, non ex
solo carnali semine eius. Quod mox Apo-
stolus alio exemplo magis illustri probat. Ne
enim fortè putarent Iudæi, quia Sara erat li-
bera & Agar ancilla, propterea inter Isaac &
Ismaelem ex ea parte discrimen natum esse,
ut ille filius ac liber, hic quasi seruus habere-
tur, addit Apostolus: *Non solum autem illa*
(Sara) sed & Rebecca ex vno cõcubitu habens *(sua)*
patris nostri, supple, simile exemplum nobis
præbet, quòd non carnalis generatio filium
Dei facit, sed promissio, & gratiæ Dei bene-
ficio. *Cum enim nondum nati fuissent, aut ali-*
quid boni egissent aut mali, id est, ab æterno Dei
consilio, antequam nati essent re ipsa, aut ali-
quid re ipsa fecissent (hoc enim dixerat Deus
Rebeckæ antequam duo illi fratres nasceren-
tur, quumque adhuc in vtero eos gestaret)
ut secundum electionem propositum Dei maneret,
id est, ut iuxta factam à Deo electione pro-
missio eius fixa maneret; *non ex operibus*, sup-
ple ipsius Iacob aut posterorum eius vel ante-
rea eius vel præuisis, ita ut ipsa præuisio causa
aut origo fuerit electionis; *sed ex vocante*, id
est, ex solo Dei beneplacito, & libera eius
vocatione; *dictum est ei*, scilicet Rebeckæ *matrem*
virtute

Iacob &
Esau com-
paratio
historica.

Gen. 25.

etiamque; *Quia maior seruiet minori*, id est, po-
 pulus & posterus maioris filij seruiet popu-
 lo & posteris minoris filij, Idumæi Israelitis.
 Nam ipse Esau numquam seruiuit Iacobo,
 sed contrâ, Iacob ipsius Esau potentiam ve- Gen. 32.
& 33.
 ritus, eius gratiam expetiuit, & cum suis li-
 beris ab Esau remotissimus semper vixit.
Scriptum est, id est, de qua prælatione mi-
 noris populi scripsit Propheta Malachias; Mal. 1. 2.
Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quia posui
montes Esau in solitudinem, & hereditatem eius in
desertos deserti. Idumæos Deus despexit, Israe-
 litas in populum ac peculium suum delegit.
 Fecit vt Idumæorum vrbes, quæ in montibus
 conditæ fuerant, à Chaldæis vastarentur, &
 draconibus deserti habitandæ traderentur:
 de quo multa Abdias Propheta. Sed posteros
 Iacob non ita Deus penitus abiecit, ideoque
 ad tempus in captiuitatem abductos, in ter-
 ram suam & veri Dei cultum reduxit: de cuius
 reductionis beneficio Deus hîc per Malachiam
 posteros Iacob, ingratum populum,
 admonuit. Ostendit igitur Apostolus etiam
 hoc exemplo, quod Dei promissio non exciderit,
 quia posteris Iacob vero semini Abraham, qui
 fidem & cultum veri Dei retinuerunt, illa
 promissio gratiæ seruata est, vt esset populus
 & peculium Dei. Hoc sensu, quoad historiam
 literam, *maior seruiet minori, & Iacob Deus di-*
lexit, Esau odio habuit.

Sed quia hæc litera allegoricum haud du-

kk 4 biè sen-

Iacob dile-
ctio spiri-
tualis.

biè sensum habuit de spirituali dilectione
ipsum Iacob & posterorum eius, item de spi-
rituali reiectione ipsius Esau; ad illum sen-
sum assurgens hoc loco Apostolus, aliam
hanc distinctionem considerat; & ostendit
Deum ex suo beneplacito alios diligere, alios
odio habere, alijs misereri, alios indurare.
Vnde statim mota difficultate super huius-
modi distinctionem, quasi quædã esset apud
Deum iniquitas, si secundum propositum & be-
neplacitum suum, ut ex electione Dei firmum ma-
neret, alios diligeret, alios odio haberet, ali-
que non ex operibus, aut aliqua eorum con-
sideratione. sed ex vocante, id est, ex libera Dei
electione; hanc difficultatem apertis verbis
non statim soluit, sed ad tempus augere vi-
detur. Affert enim consimilem Dei ex Moysi
sententiã, *Miserebor cuius misereor, & misericordiam
prestabo cuius miserebor*, id est: *Mea misericordia
ex meo beneplacito pender, siue eam cõside-
res in multitudine æqualiter peccantium, quor-
um alijs Deus parcat, alijs non parcat* in quo
sensu apud Moysen hæc verba dicta sunt, siue
per accommodationem Apostoli eam spectes in
distributione auxiliorum gratiæ; quibus quum
omnes indigeant, nõ tamè æqualiter omnes
ea accipiunt, sed alijs plura, alijs pauciora, et
mero Dei beneplacito. Moxq; cõcludit: *Ignorant
non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordiam
est: Principium salutis, electio & vocatio
ad fidem* (nam de ea nunc Apostolus agit cõ-

Exod. 33.
19.

Misericor-
dia Dei
ex solobe-
neplaci-
to duplex.

ra ludæos de vocatione Gentium suaque
 ratione obloquentes) ipsaque auxiliorum
 gratiæ præordinatio cum quibus peccator
 conuertendus præuidetur, non ex aliqua ho-
 minis præuia voluntate aut conatu, sed ex
 illa Dei misericordia promanat. Mox inter-
 posito Pharaonis exemplo, quem inter cæ-
 teros fines ad suæ iustitiæ demonstrationem
 Deus in regnum euexit, & populi sui perse-
 cutorem esse permisit (quod exemplū ideo
 offerre Apostolus videtur, vt in re simili li-
 beras Dei actiones ostenderet) idem rursum
 concludit dicens: Ergo cuius vult, miseretur; &
 quem vult, indurat, id est: Cui vult, dat con-
 grua gratiæ suæ auxilia; & quem vult, ad
 sui nominis fidem efficaciter vocat: quibus
 vult, illa congrua gratiæ auxilia negat, sed
 nemini sufficientia, quibus ipse Pharaon non
 caruit. Nam contra misericordissimam Dei volun-
 tatem libero suo arbitrio Pharaon pugnavit, ait
 August. & verba Scripturæ idem docent: Ad-
 huc non vis dimittere populum meum? & iterum:
 Ingrauavit Pharaon cor suum. Indurare igitur
 hoc loco, & odio habere, nihil aliud signi-
 ficant quàm Deum minùs diligere, & maio-
 rem gratiam negare. Diligere quoque & mi-
 sereri, nihil aliud significant, quàm Deum ex
 suo beneplacito corda hominum gratia sua
 speciali præuenire, maioribus gratiæ auxi-
 lijs donare. Quæ distinctio carnalibus homi-
 nibus iniquitas quædam apud Deum vide-
 batur.

Exod. 9. 16.

Pharaonis exemplū quò speciat.

De præ-
 dest. &
 grat. c. 15.
 Exod. 9. 16
 Exod. 9. 17
 Exod. 10. 3
 Exod. 8. 15
 Indurare
 & misere-
 ri quid
 hoc loco
 significat.



batur. Vnde eorum nomine iterum obiicit Paulus: *Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur voluntati enim eius quis resistit?* id est: Si Deus ei, quem obdurat, non vult ea auxilia gratia conferre cum quibus prouidet conuertendum, sed alia minùs congrua (tameñ sufficiens) cum quibus re ipsa non conuertetur, eritq; obduratus; quid adhuc contra impiùs obduratos conqueritur Deus? Quare eos hoc nomine in Scripturis redarguit, castigat, reprobatur? Hanc & audacem & iniustam questionem retundit Paulus dicens: *O homo, quis es, qui respondeas Deo?* & sequentia, quae postea seorsim explicabimus.

Hac nunc explicacione facta (quae postea confirmabitur magis) videamus quid in hoc difficillimo loco veneni asperferint Caluinus ac Beza. Hic enim nunc instituti nostri scopus est. Primum, in tota hac Apostoli disputatione Apostolum de ipsa electione ad gloriam seorsim accepta, & de reprobatione ad poenam aeternam tractare arbitrantur. *Quemadmodum* (inquit Caluinus) *gentem israeliticam à reliquis omnibus populis separat foederis benedictio, ita quoque eius gentis homines Dei electio discernit, dum alios ad salutem praedestinat, alios ad aeternam damnationem.* Hoc primum in Caluino non admodum reprehendimus. Habet enim de orthodoxos quosdam interpretes idem fecum sentientes. Sed vtrosque falli, totus Apostoli hoc loco scopus facillè demonstrat, qui

de prima vocatione tam Iudæorum quã
 Gentium ad fidem Christi disputat, quia illa
 tunc versabatur inter utrosque quæstio. Illa
 quoque Apostoli verba, *Cuius vult, miseretur;*
quem vult, indurat; ad primos prædestinatio-
 nis ac reprobationis effectus pertinere perspi-
 cuum est: maximè verbum, *indurat*, non ad
 damnationem ipsam æternam, sed præsentem
 gratiæ Dei negationem & peccandi permis-
 sionem, vel (vt Calvinus vult) peccandi ne-
 cessariam impulsione, manifestè pertinet.
 Neque D. Augustinus hæc verba contra Pe-
 lagianam impietatem sæpissime tractans,
 electionem ac prædestinationem hoc loco
 pro electione ad gloriam, sicuti nec odium
 ac reprobationem pro æterna damnatione
 vanciam accipit; sed illam quidem pro præ-
 destinatione ad gratiam, hanc verò pro gratiæ ne-
 gatione, pro permissione peccati, & non vel-
 le misereri, perpetuò accipit. Nam & quæ-
 stio inter ipsum & Pelagium, de gratia erat,
 non de vita æterna. Gratiam secundum me-
 rita dari, ideoque à Deo ad gratiam vocari
 & eligi secundum merita, voluit impius Pe-
 lagius: Gloriam ex meritis dari, sustinet
 semper disertissimè Augustinus. Cæterùm
 demus, quæ hîc Apostolus disputat, ad omnes
 simul prædestinationis ac reprobationis ef-
 fectus accommodari posse. Nunc de utraque
 quid Calvinus statuat, attendamus. Ac pri-
 mam de ipsa prædestinatione ad hæc Apo-
 stoli

Electio ad
 gloriam à
 Paulo hoc
 loco non
 tractatur.

stoli verba, tum de reprobatione ad alia Apostoli verba subsequencia.

Singulis (inquit) propè verbis vrget gratiam Dei electionem. Nam si opera locum haberent, dicendum erat, vt operibus constet sua remuneratio. Ipsi autem opponit Dei propositum, quod solo eius beneplacito continetur. Respondeo: Istud hoc loco dicere non fuit necesse, quia altiore[m] salutis causam attingere Apostolus voluit. Scribit hoc loco Calvinus: Verum quidem est, propinquam reprobationis causam esse, quia sumus conuicti in Adam maledicti: tamen vt discamus in modo simplici Dei beneplacito acquiescere, ab hoc quoque intuitu nos tantisper Paulus subducit, donec hanc doctrinam stabilierit, Deum in suo arbitrio salutis eligendi & reprobandi habere causam. Hæc ille. Idem de prædestinatione & gratuita electione ad gloriam obseruare debuit Calvinus, propinquam electionis ad gloriam causam esse, quod sumus in Christo benedicti, & eius gratia iustificati. Hunc enim ordinem Paulus seruauit, Quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Propinqua igitur & proxima causa glorificationis secundum propositum Dei (nam de tali Apostolus ibi loquitur) est ipsa iustificatio per fidem & bona opera: tamen vt discamus altiore[m] glorificationis causam agnoscere, quæ est ipsa Dei electio & prædestinatione (quos enim prædestinauit, hos & vocauit, & iustificauit, & glorificauit) ab intuitu præteritis iustificationis per fidem & opera tantisper

Electio
ad gloriam
propinqua
causa.
Rom. 8.

per nos Paulus subducit, donec hanc doctrinam stabilierit, Deum in sua æterna præsciencia facis iustam eligendi aut reprobandi habere causam. Ideoque hoc loco Paulus dicit, vt propositum Dei secundum electionem maneat, & non dixit, vt operibus constet sua remuneratio. Alijs verò in locis idem Apostolus apertissimè hoc dicit: *Qui reddet unicuique secundum opera eius: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptam vitam æternam: ijs autem qui sunt in contentione, & non acquiescant veritati, ira & indignatio.* Et alibi: *Vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum siue malum.* Sed de hæc plura postea. Patidum ergo Caluini argumentum est, in gratuita Dei electione ad gloriam nullum locum opera habere; quia Paulus hic de operibus nihil loquitur, sed de solo Dei proposito. Imò quum omnes passim Scripturæ de consequutione vel amissione vitæ æternæ loquentes, operum rationem semper adferant, quia hinc Paulus nullam operum rationem ponit, non leue argumentum est, eum non de decreto Dei ad gloriam, sed de decreto Dei ad primam gratiam conferendam loqui. Addit Caluinus: *Ac ne vlla ea de re controversia maneret, sustulit omnem dubitationem, addita illa particula, Secundum electionem.* Hæc particula probat, Dei propositum seu firmum decretum de alijs eligendis, alijs reprobandis, ex Dei electione pendere, vt prima &

Rō. 2. 6.

1. Cor. 3.

Electio Dei summa causa.

ma &

ma & altissima causa. Et quidem quoad
 auxilia gratiæ peccatoribus impartienda
 neganda, & primam vocationem, vnica cau-
 sa; quoad ipsam vitam æternam conferen-
 dam, vel æternam pœnam inferendam, nec
 prima nec vnica causa: quia vt in reprobo-
 rum damnatione proximam causam agnos-
 cit Calvinus ipsum peccatum in homine, sic
 in electorum glorificatione agnoscere neces-
 sariò debet proximam & propriam causam
 ipsam esse in tempore iustificationem, vt ipse
 nos Paulus docuit loco citato. Manet ergo
Dei propositum secundum electionem, quia propo-
 siti illius diuini prima & suprema causa ele-
 ctio diuina erat. Pergit Calvinus: *Deinde et*
tertia: Non ex operibus, sed ex vocante. Non ergo
 animos proprius aduertamus ad eius contextum. *Et*
ex eo stabilitur Dei propositum secundum electionem,
quod antequam nascatur fratres, & aliquid vel boni
vel mali designet, alter reijcitur, alter assumitur; et
si quis velit eorū operibus causam discriminis tribu-
re, propositū Dei sic euerteretur. Primum obserua-
 in toto hoc cōtextu Paulū adhuc non loqui
 de electione Iacob & de reiectione Esau, sed
 tantum de illo discrimine, *Maiores seruiet minores,*
 & docere ad literam hanc prælationē populi
 minoris ex Dei electione ortum habuisse,
 non ex operibus quibus hanc electionem
 promeruerit. Sed hanc minoris populi præ-
 lationem merè gratuitam non fuisse electio-
 nem ad gloriam, de qua sola hic Apostolum
 loquitur

Minoris
 populi
 prælatio
 non fuit
 electio ad
 gloriam.

quod nec totus ille populus salutem est asse-
 cutus, sed multi exciderunt, ut hic Apосто-
 lus docet, quia *non omnes filij Iacob filij promif-
 sionis erant*, nec solus ille populus ad Dei ele-
 ctionem, quæ ad salutem & gloriam est, perti-
 nebat. Nam ex posteris Esau & Ismael (quum
 non in illo sed in Isaac vocabatur Abraham
 semen) Iob ille vir sanctissimus fuit, filius
 Esau, qui fuit Ragual filij Esau ex Basemath
 filia Ismael, ut deducit iuxta Scripturas D.
 Chrysostomus. Multi quoque alij profelytæ
 aduenæ non ex semine Iacob ad veri Dei
 cultum accesserunt, & facti sunt filij promif-
 sionis. Nam & exeuntibus Aegyptum filij
 Israel, multi Aegyptij sese adiunxerunt, qui
 postea circumcisi verum Deum coluerunt.
 Praetatio igitur minoris populi iuxta illa ver-
 ba, *Minor seruiet minori*, non erat electio ad
 gloriam vel ad gratiam secundum propo-
 situm Dei, aut illi populo generalis, aut ad il-
 lum solum restricta; sed illi soli censebantur
 in semine, & promissionis filij erant, qui fi-
 dem & opera Abraham, Isaac, & Iacob imita-
 tissent.

Sed esto, demus Caluino etiam ad hæc
 Apostoli verba pertinere id quod sequitur,
Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Demus quo-
 que hanc dilectionem Iacob ad ipsius per-
 sonam pertinere, eiusque electionem. Ergo,
 ut Caluinus, *si quis velit eorum operibus causam
 descri-*

Gen. 36.
vers. 22.

Homil. 5.
de peni-
tentia.

discriminis tribuere, propositum Dei sic evertitur. Primùm respondeo, Apostolum hic loqui de electione ad gratiam, & de prima vocatione ad fidem; quæ ita merè gratuita est, & ex solo Dei beneplacito pendet, vt operum præcedentium nulla planè sit habenda ratio.

Epist. 105.

Dico ad ipsam primæ gratiæ collationem, qua præuenit peccatores Deus. De ipsa gratia (ait Augustinus hæc verba tractans) satis agebat Apostolus, & ideo filios promissionis commendabat. Sapienter expendit totam Apostoli disputationem esse de filiis promissionis de eorum electione. Quos autem filios promissionis Apostolus vocat, iã ex ipso Apostolo ostendimus. Qui videl. fide tales sunt; id est, qui iam ad fidem secundum propositum Dei vocati sunt. Idem rursus Apostolus docet ad

Gal. 3.

Ephes. 1. Quum enim dixisset, *Electi nos in ipso ante constitutionem mundi; vt de qua electione loquatur intelligeremus, addit, si essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate: qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ. Hæc adoptio filiorum, prima gratia est, qua ex filiis iræ filij Dei fiunt: & hæc est electio secundum propositum voluntatis Dei. Hæc non ex operibus, sed ex vocante Deo est.* De hac iterum Paulus dixit: *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus S. quem effudit in nos*

Ephes. 1.

Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus S. quem effudit in nos*

Tit. 3.

Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus S. quem effudit in nos*

Abunde. Ad hanc igitur adoptionem fi-
 liorum Dei, ad hanc primam salutem quæ in
 baptismo credentibus confertur, quod atti-
 nit, cur hodie & per omnes ætates aliqua
 gentes vocantur, aliqua non, aut olim tam
 pauci Iudæi tam multi Gentiles vocabantur,
 in quibus velis eorum operibus causam disci-
 minis tribuere, *propositum Dei secundum electio-
 nem, id est, gratuitam & fixam Dei electio-
 nem subuerteret.*

Sed age, demusetiam hoc Caluino, de ipsa
 electione ad gloriã, & de omnibus simul præ-
 destinationis effectibus, Apollolum hoc lo-
 quor intelligi velle; & adijciamus quæ adhuc
 Caluinus subrexit, vt totam eius disputatio-
 nem teneamus. *Tam quod sub. ungit Apostolus,
 Non ex operibus, sed ex vocante, significat non ex
 parte operum, sed solius vocationis. Vult enim om-
 nem operum considerationem excludere. Habemus
 vix, vix electionis nostræ firmitudinem in solo Dei
 proposito esse conclusam: nihil hic valere merita, quæ
 nihil nisi in mortem possunt: non respici dignitatem,
 quæ nulla est, verum solam Dei benignitatem regna-
 re. Prinde falsum est, ac verbo Dei contrarium do-
 gma, Deum, prout vniquemque gratia sua di-
 gnum vel indignum præuidet, ita vel eligere vel repro-
 bare. Hæc Caluinus. Oratio est ex multis
 mendacijs & cauillationibus consuta. Quod
 postremo narrat (vt ordine retrogrado aga-
 mus) putida cauillatio est, si sententiã, quam
 ponit, Catholicis impingit, contra quos dis-*

Et putare

Frausio
operum
in electio-
ne quo
sensu fal-
sa, quo
sensu ve-
ra.

p̄t̄are solet. Deū enim, prout vnumquemq; gra-
tia sua dignum vel indignū prauidet, ita vel eligere
vel reprobare, non nisi Pelagianorum dogma
fuit, ideoque & falsum & execrandū. Deum
autem, prout vnumquemq; gratia sua recte
vel malè vsurū prauidet, ita vel eligere vel
reprobare, plurimorū Catholicorū dogma
est, verum & salutare, si rectè intelligatur, si-
cuti mox explicabimus. Quod ait, *nihil valent*
merita nisi ad mortē, nec respici personarū dignita-
tem, id est, iusticiā & sanctitatē, respectu vite
æternę consequendę, duc sunt infames here-
ses, diuinis Scripturis ex diametro cōtraria.

Merita ad
vitam vā-
lent.

1. Tim. 4.
Matth. 19.
Rō. 8. 13.

Si enim merita nihil nisi ad mortē valēt, fal-
sum est quod Apostolus dixit, *Pietas ad vitam*
utilis est, habens promissionem vite presentis & futu-
ra: & quod Christ⁹ dixit, Si vis ad vitam ingredi,
serua mandata: & iterum quod Paulus habet, si
spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, vitia
innumera prætermittā. Rursum, si ad cōse-

Hominū
dignitas
respicitur
Rō. 8. 17.

rendam vitam æternā Deus hominum dignitatem
non respicit, quæ nulla est, falsum erit quod Apo-
stolus dixit, *si filij, & hæredes: sed perinde erit*
ad vitam æternā à Deo accipiendā, siue sit filius
Dei, siue sit filius iræ. Esse autem filium Dei,
dignitatē esse singularē, negare Calvinus nō

Ioan. 1.

***Salutis**
certitudo
non in
solo Dei
proposito

potest, qui ad illa Ioānis verba, *Dei t̄ est pro-*
statem filios Dei fieri, potestātē pro dignitate de-
præstātia accipi vult, iuxta vim verbi æternitatis,
quo Ioannes vsus est. Porro si tota salutis no-*
stra firmitudo in solo Dei proposito est cōclusa, mul-
tum

am sefellit nos Apostolus Petrus quū scri- ^{2. Petr. 1.}
 beret, *Sat agite vt per bona opera vocationē & electi-*
onem vestrā certā faciatis. Si Petro credimus, sa-
 lus nostræ atque adeo electionis ipsius cer-
 tando in honorum operū studio, non in solo
 Dei proposito, est conclusa. Ita rursus aliud
 hic effutiuit Calvinus, diuinis Scripturis ad-
 uersa fronte repugnans. Iā quod primo loco
 dicit, & vnde hæc alia tam multa tam falsa
 deduxit, velle *Paulum omnem operum considera-*
tionem excludere, vel hoc solo nomine suspen-
 dum nobis esse debet, quòd eo posito, tam
 multa diuinis Scripturis cōtraria subsequun-
 tur. Quæ enim propositio ducit ad inconue-
 niens, illa veritati conuenire non potest. At
 vrget hic Calvinus: *Paulus apertè dixit, Non*
ex operibus, sed ex vocante; ergo significat, non
 ex parte operum, sed solius vocationis Dei,
 fieri electionem. Respondere breuissimè &
 verissimè possumus, non ex operibus fieri ^{Opera}
 electionem quasi ex causa ipsius electionis ^{quo tenet}
 meritoria, aut efficiente, & hoc Apostolum ^{excludū-}
 velle dicere. Hanc enim vim illud, *ex,* apud ^{tur.}
 Paulum habet, vt causam agentem & prin-
 cipium rei significet. Sed adhuc longè am-
 plius Caluino damus, & fatemur opera bona
 præsua diuinæ electionis ad omnes prædesti-
 nationis effectus nec causam efficientem
 nec vllā prorsus causam aut rationem quod-
 modocumque mouentem, propter quam
 Deus prædestinaret, sed nec originem præ-
 desti-

destinationis esse, aut mensuram effectuum eius, nec denique conditionem sine qua non prædestinasset. Falsum nihilominus est, in ipsa electione ac prædestinatione omnem operum considerationem exclusam fuisse. Quod quomodo intelligi debeat, nunc explicabimus.

Operum præscientia in prædestinatione qualis & quomodo.

Deum altitudine intellectus sui omnia ab æterno præsciuisse, nõ solû opera hominum bona ac mala, sed etiam opera sua in quibuscumque rebus creandis, dubitari non potest. Hunc autem diuinum intellectum in ea tantum quæ futura erant, sed quæ per omnipotentiam suam fieri poterant, præsciuisse, omni etiam dubio caret. Porro eorum, quæ fieri poterant, præscientiam eorum, quæ actu futura erant, prævisionem antecessisse negari non potest, quõ ille sit actus intellectus diuini necessarius, hic autem voluntarius; ex eo nimirum voluntatis ab eo, quæ futura erant, libera sua voluntate determinauit vel permisit. Sicut ergo in omnibus alijs rebus, ita in humanis actibus, non solû futuras omnes, quales actu futura erant, præcognouit, sed etiam quales futurae essent, si talia & talia illis auxilia darentur, aut in tali ac tali ordine disponerentur. Quam Dei præscientiam conditionalem liberarum Scholastici vocant: & hanc in Deo esse, Scripturæ nos docent. *Daniel consulens Dominum de aduentu Saulis, cuius*

1. Reg. 23.

ius rumor ferebatur, responsū accepit, quòd
 venturus Saul esset, & quòd tradituri eum
 erant viri Ceilam in manus Saul. Dauide au-
 tem ex hoc Dei responso fugiente, neutrum
 eorum factum est. Sic de Tyrijs & Sidonijs Matt. 11.
 dixit Christus futuram eorum pœnitentiam
 si illic miracula facta fuissent. Sic Ieremiæ Jerem. 9.
 Deus de Gentili populo dixit: *si mitterem te
 ad eos, ipsi audirent te.* In hac ergo æterna sua
 præscientia Deus videns quid quisque ho-
 minum facturus esset, si talis rerum ordo &
 cuius poneretur, ipsiſque hominibus talia
 & talia gratiæ suæ auxilia Deus impartiret,
 cum quosdam videret talibus auxilijs gratiæ
 suæ, si darentur, per ipsius gratiæ adiutorium,
 liberiſque arbitrij concursum, rectè & perse-
 veranter vsuros, hæc auxilia ex suo beneplacito
 præparauit, & conferre statuit: & hæc
 præparatio, prædestinatio eorum erat, quos
 per præscientiam illam hypotheticam nouer-
 at ex illis auxilijs salutem adepturos. Non
 (ut dixi) quòd talis Dei præscientia fuerit
 aliqua causa prædestinationis factæ, (nam
 habita illa præscientia ex hypothesi, pro sua
 tantum libera voluntate & ex suo solo bene-
 placito decreuit Deus dare bene vsuris illa
 media atque auxilia gratiæ sufficientia &
 congrua, & consequenter ad vitam quoque
 æternam prædestinavit) sed ipsam prædesti-
 nationem talis præscientia necessario anteces-
 sit. Cuius hæc certa & perspicua causa dari
 potest.

L I 3 potest.

Præscien-
tia condi-
tionaliū
prædesti-
nationem
præcessit.

potest. Sicut talis præscientia in Deo non
fuisset absque futuro de facto bono usu talis
gratiæ si daretur, (non enim quia futurum
bonum usum præsciuit Deus, ideo futurus
erat; sed quia talis usus ex libero voluntate
influxu verè futurus erat, ideo eum futurum
Deus præsciuit) sic absque præscientia eius-
dem boni usus preparatio illorū auxilioque
non sortiretur ratione prædestinationis circa
ipsos prædestinatos, sed solius providentia
ratione retineret. Nam sola ratio conferre-
di his & illis talia media & auxilia gratiæ,
absque præviso ipso eorum usu qualis futu-
rus sit, est tantum providentia Dei circa ho-
mines ad beatitudinem perducendos, & com-
munis tam reprobis quàm prædestinatis.
Prædestinatio verò quæ superaddit pro-
videntiæ, præscientiam illam futuri certi usus
certique rerum exitus includit: ut ubi boni
usus præscitur, & ex puro Dei beneplacito
acceptatur, prædestinatio consequatur. Facit
ergo hæc præscientia in Deo, ut quæ ex solo
suo beneplacito ad beatitudinē media con-
ferre determinat, prædestinationis rationem
habeant, eiusque effectus sint. Quare hæc
Dei præscientiam cum prædestinatione divi-
na coniunctam esse, Scripturæ Apostolicæ
manifestè docent. *Quos præsciuit* (ait Paulus)
& *prædestinavit conformes fieri imagini filij sui*
Rom. 11. *Rursum: Non repulit Deus plebem suam, quoniam*
1. Pet. 1. *præsciuit. Petrus quoque: Electis advenis sanctis*

Rom. 8.

Rom. 11.

1. Pet. 1.

...praescientiam Dei Patris. De hac Dei praescientia cum predestinatione coniuncta, plura postea dicemus; & eam ab Augustino constanter agnitam fuisse, contra Calvinum ostendemus.

Nunc ex Scripturis futurae cooperationis humanae respectum, ideoque aliquam operum humanorum considerationem in ipsa Dei predestinatione habitam fuisse, vno argumento docebimus. Deus ab aeterno non aliter de rebus omnibus decrevit ut in tempore fierent, quam sicut postea executioni mandantur. Quod circa salutem humanam vni potissimum locum habere, negari non potest: alioqui nulla esset conformitas executionis effectuum praedestinationis divinae cum eiusdem decreto; nec etiam certitudo aliqua, quae tamen hac in re est maxima: vanaque esset quod docet Scriptura, Sapientiam Dei attingere a sine vsque ad finem fortiter, & disponere omnia suaviter. Quare D. Augustinus, & post eum Fulgentius, ac post utrumque D. Thomas aperte asserunt, Deum in tempore non aliter homines saluare, quam ab aeterno saluos facere decrevit. Docet sane axioma philosophicum, quod omnibus modis, quibus se res habet ad esse, iisdem se habet ad cognosci. Iam vero Scripturae manifestissime docent, absque conditione cooperationis humanae neminem ad ultimum a Deo saluari, ipsumque hominem suae salutis cooperari debere.

Infrā esp. 11. ver. 2.

Operum futurorū consideratio in electione probatur.

Sap. 7. 2.

** De bono perse-
uer. c. 23.
† De In-
carnat. &
grat cap.
ultimo.
‡ 1. p. 4.
23. art. 5.
"Metaph.
lib. 2. cap.
1. 5.
Operum
conditio
ad salutē
requiritur.*



bere. Prius his Scripturarum testimonijs do-
 Rom. 8. cetur, *Si Spiritu facta carnis mortificaueris, ui-*
 Matt. 19. *uetis, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Si
 Ioan. 14. *quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater*
meus diliget eum, & ad eum ueniet, &c. Et de
 ipso praedestinationis mysterio loquens Pau-
 2. Tim. 2. lus, ac dicens, *Firmum fundamentum Dei factus*
habes hoc signaculum, Nosuit Dominus qui sunt cogi-
tauit, hanc appendicem subnectit: Discedat ab in-
iquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Vocatus
 Ioan. 13. *suis & electis Apostolis dicit Christus: Ma-*
 4. 6. 10. *neite in me, & ego in uobis manebo. Si quis in me*
non manserit, mittetur foras. Si praecepta mea ser-
uaueritis, manebitis in dilectione mea. Vocatus
 Rom. 11. *electis Gentibus Paulus dicit: Vide bonitatem*
& seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt,
seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris
in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed &
illi si non permanserint in incredulitate, inserentur.
 4. Tim. 2. *Et iterum ad Timotheum, ubi dixisset esse*
in magna domo Dei, quae est Ecclesia, uasa quaedam
in honorem, & quaedam in contumeliam, quae in
 hoc capite Paulus pro electis & reprobis ponit,
 adiecit, *Si quis se emundauerit ab istis, uel*
 est, apprensus reprobis, ab impietate, propter
 quam talis apparet, sese expurgauerit, erit
 uas in honorem, &c. In his & multis alijs Scri-
 pturis in ipsis electis Dei ad salutem, condi-
 tio salutis apponitur, quam à Deo, quum
 in tempore fieri deberet, ab aeterno praesum-
 fuisse, & ipsi suae praedestinationi coniunctam
 ficut

cum eius effectu coniuncta est, propter
 causam antedictam negari non potest. Po-
 terius quod diximus de necessaria cuiusque
 salutem suam cooperatione, innumera
 quoque Scripturæ docent, quarum hic pau-
 cas proferemus: *Conuertimini ad me, & salui
 eritis. Laua à malitia cor tuum, vt salua fias. Fa-
 cere vobis cor nouum, & spiritum nouum. Quod
 illis verbis Christus dixit: Facite arborem bo-
 nam, & fructus eius bonos. Sic currite, vt comprehē-
 datis. Cum metu & tremore vestram salutem opera-
 mini. Hoc faciens, teipsum saluum facies. Et ma-
 gis quod ex Petro attulimus: Satagite vt
 per bona opera certam vestram vocationem & ele-
 ctionem faciatis. Postremò, quod de Christi
 merito, per quod saluamur, Paulus dixit: *Christus per
 passionem consummatus, factus est causa
 salutis omnibus obtemperantibus sibi. Quum
 ergo & homo ipse suæ salutis cooperari de-
 beat, & hæc cooperationis conditio saluandis
 adultis imposita sit, dubitari nõ debet, Deum,
 quos adultos ad salutem prædestinavit, huius-
 modi in illis cooperationem futuram præuidisse,
 & cum eiusdem præscientia coniuncta adultos
 omnes prædestinasse. Aded falsum est Calui-
 ni axioma, Paulum in electorum prædestinatione
 operum plene considerationem excludere velle.
 Neque enim tam multis & perspicuis Scrip-
 turis Paulus contrarius esse potest. Atque
 hæc de Caluini sententia hæctenus, ad præ-
 destinationem electorum quod attinet. In**

L 5

qua

Saluti suæ
 cooperati
 quique
 adultus
 debet.

Isa. 45.
 Ierem 4.
 Ezech. 18.

Matth. 7.

1. Cor. 9.

Philipp 2.

1. Tim 4.

2. Petr 1.

Hebr. 5.

Il est
 salutis
 salutis
 salutis
 salutis
 salutis

qua et si operum præscientiam ponimus, non tamen eam prædestinationis causam aut originem facimus, sed à solo Dei beneplacito ac libera voluntate prædestinationem permanere agnoscimus. Id solum contra Calvinum docere voluimus, ex Paulo colligi non posse, electionem Dei ad gloriam omnium operum consideratione carere: idque in sententiâ Calvinî, qui non solum Dei electionem ad gloriam, omnia media, quibus eò peruenitur, antecedere vult, vt prius de fine ac postea de medijs secundum nostrum intelligendum modum Deus disposuerit (quam sententiam, etsi nobis improbabilis videatur, non damnamus tamē) sed absque vlla mediõrum consideratione, solam, vnicā, plenā atque integram salutis causam esse vult. Alioqui si vllam mediõrum cõsiderationem in Dei electione admittit Calvinus, cū salutis media non sit, cus bona opera sint quàm fides (quia fides salutifera illa demum est quæ per dilectionem operatur) profectò & operum considerationem admittere cogetur. Sed & illud videtur Calvinistæ, qui ex sola Dei electione absque mediõrum consideratione salutem electõrum pendere volunt, an eadem operum totam Christi redemptionem ad humani generis salutem procurandam à Deo præuicam excludant. Quod vno verbo lectorem admonuisse satis erit.

Iam verò quia tum Beza in hunc locum,

Electio si
sola salutis
causa
est, Christi
redemptio
excluditur.

Calvinus in sua pestilenti Institutione, Augustinum pro sua sententia proferunt; eam id iniquè ac fallaciter faciât, vno ver-
 bo ostendam. Augustinus (inquit Calvinus) <sup>Institu-
lib. 3. cap.
22. n. 2.</sup> aliquando fuit sententia, Deum suam gratiam
 bene homines dispensare, prout ea quem, ut bene
 opera præderit: sed quum melius in Scriptura
 doctrina profecisset, eam non retractavit modo, ut
 mendaciter falsam, sed fortiter confutavit. Notatq;
 in margine, Retract. lib. 1. cap. 11. Quo
 sane in loco nihil huic rei affine apud Augu-
 stinum invenitur. Sed designare voluit lib. <sup>Augu-
ni sentē-
tia à Cal-
uino aut
nō intel-
lecta, aut
deprava-
ta.</sup> 2. cap. 23. vbi aliquid simile retractavit Au-
 gustinus, nempe quod olim in expositione
 quarundam propositionum in epist. ad Rom.
 hæc eadem verba tractans, *Iacob dilexi, Esau*
quia dicitur, scripserat, elegisse Deum non quidem
opera cuiusquam in præscientia que ipse daturus est,
sed quia elegisse in præscientia, ut quem sibi creditu-
rum esse præsciuit, ipsum elegerit cui Spiritum S. da-
ret. Quod ibi quoad fidem retractat, agnos-
centis fidem non secus esse donum Dei quam
opera fidei. Quare hoc in loco planè con-
trarium ei quod dixit Calvinus, docuit Au-
gustinus. Nempe nunquam se existimasse,
elegisse Deum opera cuiusquam in præscien-
tia, ut quos bene operaturos præsciuerat, il-
lis Spiritus sui gratiam daret. Ita hætenus
 in Augustini sententia proferenda penitus
 aberravit à vero Calvinus. Videamus nunc
 alia Augustini loca à Caluino in eandem
 prorsus

proflus sententiam prolata. Quam & post
tractationem Pelagianos perstringens, quod in eo
errore persisterent, Quis istum, inquit, acquisivimus
sensum Apostolo defuisse miretur? Nam quomodo
stupendam proposuisset de illis nondum natis, & ante
de sibi questionem obijceret, Quid ergo? Numquid
est iniquitas apud Deum? erat locus ut responderet
Deum praevidisse utriusque merita (sic citat Cal-
vinus, quum illa Augustini verba non sint,
sed ista, Hic erat locus ut diceret, Futura Deus tu-
ra praevidebat:) non tamen hoc dicit, sed ad boni
iudicia & misericordiam confugit. Sic Calvinus,
quum nec sic Augustinus loquatur: sed senten-
tiam suam magis confirmat dicens, Miserebor
miseratus ero, &c. Alium rursus Augustini locum
citavit Calvinus: Quum omnia (inquit) ante
constitutionem merita sustulisset, Hic certe, inquit, ratio
vana illorum ratiocinatio, qui praescientiam Dei
defendunt contra gratiam Dei: & ideo dicunt
nos electos ante constitutionem mundi, quia praesci-
vit Deus futuros nos bonos, non seipsum nos fac-
turos bonos. Non hoc dicit, qui dicit, Non vos me ele-
gistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea nos elegerit,
quia bonos futuros praeviderat, simul etiam praesci-
visset quod eramus eum electuri: & quae in eam sen-
tentiam sequuntur. Citat postea verba Am-
brofij ex Augustino, dicentis: Christus, quum
miseratur, vocat. Si voluisset, ex indevotis faceret
devotos: sed Deus, quos dignatur, vocat: & quum
vult, religiosum facit. Denique concludit Cal-
vinus: Si ex Augustino integrum volumen contem-
plaretur,

Epist. 106.

Homil. 26
in Ioan.Libro de
bono per-
sisterant.
cap. 19.

nec, litteris ostendere promptum esset, mihi non
 veris verbis opus esse. Hæc Calvinus. Beza
 quoque, ne omnia à magistro suo didicisse vi-
 deatur, alium adhuc Augustini locum citat, Verf. 12.
 et præmit. Audiamus (inquit) ipsum Au-
 gustinum, ne quis nos existimet ex nostro sensu lo-
 qui. Sic igitur ille in Enchiridio ad Laurentium: Cap. 96.
 Quærens Paulus quomodo hoc quod dictū est (Iacob
 dilexi, Esau autem odio habui,) posset eos per-
 suadere, qui penetrare intelligendo non possunt hanc
 veritatem gratiæ; Quid ergo dicemus? aut. Nun-
 quid iniquitas est apud Deum? Absit. Iniquam enim
 videtur, ut sine vllis bonorum malorumue operum
 meritis vnus Deus diligat, odiatque alterum.
 Quæ res si futura opera, vel bona huius vel mala
 illius, quæ Deus vtiq; præsciebat, vellet intelligi,
 non iam diceret, non ex operibus, sed diceret,
 ex suis operibus, eoque modo istam solueret qua-
 estionem, imò nullam, quam solui opus esset, face-
 ret questionem. Hæc Augustinus. Sed hæc
 omnia Augustini loca, & quæcunque alia
 afferri possunt, nec Caluini ac Bezæ senten-
 tiam iuuant, nec à nobis antea explicatam
 confirmant: idque duplici ex causa. Primùm,
 quia hæc omnia Augustinus loquitur & dis-
 putat de electione ad primam gratiã, quam
 ex præcedentibus ac præuisis meritis dari
 impius Pelagius voluit, & de qua Apostolus
 hæc disputare Augustinus semper censuit,
 non autem de electione ad gloriam seorsim
 accepta, ut Calvinus ac Beza volunt; nec
 de toto

Augusti-
 nus Cal-
 uiniane
 sententiæ
 nullo mo-
 do fauet.

de toto effectuū prædestinationis cōplexū
In loco ex Retract. citato, loquitur de elec-
tione illa, qua eum *Deus eligit, cui Spiritus*

Epist. 105. *S. daret.* In epist. ad Sixtum, loco secundū
Caluino citato, ita scribit: *Quid hinc dicitur
sunt, qui, ut gratia dari possit, nonnulla præcedere
merita humana contendunt, ne sit personarum ac-
ceptor Deus? Et paulò post: Quid agebatur, ut
hoc Apostolus diceret, ut eorum geminorum conse-
moraret exemplum? Quid persuadere moluerat?
Quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum
(Pelagianorum) oppugnat amentia, quod in-
perbiā non capiunt, quod sapere nolunt. De ipsa cupi-
pe gratia sat agebat Apostolus, & ideo promissum*

Tract. 26. *filios commendabat.* Rursum in loco ex tractat.
in Ioannem, de prima electione ad gratiam
Augustinum disputare, ipsa verba allegata
manifestè docent. Eos refutat qui præsentiam
Dei defendunt contra gratiam Dei; & qui ideo
ad gratiam electos à Deo volunt, quia eos
futuros bonos Deus præuiderat; denique de
electione illa qua Apostolos suos in hoc mundo ele-
git, quæ fuit prima vocationis gratia. In lo-
co quoque de bono perseverantiæ aperitibi-
mè de prima vocationis gratia loquitur.

Cap. 19. *Deus (inquit) quos dignatur, vocat; & quos
vult, religiosum facit.*

**Beza im-
pudētia.**

Denique in loco quem citat Beza, tam-
clare hanc causam primæ gratiæ agit, ut ni-
hil sit illo hæretico impudentius, qui ad vi-
simum & vnicū prædestinationis effectuū illa

in verba trahit. Citatis illis Apostoli verbis,
 quos vult, miseretur; & quem vult, indurat; Hoc
 non doceret Apostolus (ait Augustinus) gratiam
 commendabat, ad cuius commendationem de illis in
 libro vterque geminis fuerat iam locutus. De ele-
 ctione ad gratiam Apostolum disputare af-
 firmat, non de electione ad gloriam. Et ne-
 que apud Augustinum non distingui existi-
 mus, vide apud illum duplicem electionem,
 unam gratiæ, alteram iustitiæ: vnâ sine ope-
 ribus præuisis, alteram ex operibus præuisis.
 Sic enim scribit, hæc ipsa Pauli verba per-
 scribens: Non ergo secundum electionem (scilicet
 iustitius operis præcedentis, vnde discrimen
 electionis acciperetur) propositum Dei manet,
 sed ex proposito electio: id est, non quia inuenit Deus
 bona in hominibus quæ eligat, (supple, ad
 propositum gratiæ) ideo manet propositum iu-
 stificationis ipsius; sed quia illud (supple, propo-
 situm gratiæ) manet ut iustificet credentes, ideo
 manent opera (supple, iustificatorum) quæ iam
 deo ad regnum calorum. Nam nisi esset electio,
 non essent electi. Non tamen electio (ad regnum cæ-
 lorum) præcedit iustificationem, sed electionem
 præuisa videlicet in mente diuina.
 Quæ enim iustificauit secundum propositum gratiæ
 id est, ab æterno iustificare decreuit,
 illi gloriificauit, id est, ad gloriam prædestina-
 uit. Ponit manifestè duplicem electionem
 Augustinus: vnâ, peccatores iustificandi, in
 qua non inuenit bona opera quæ eligeret, &
 propter

Electio
 duplex
 apud Au-
 gustinū.

Ad Sim-
 plic. lib. 1.
 q. 2.

propter quæ iustificaret, hoc est, ex impio
iustum faceret, alteram, ad regnum cælorum
eligendi, in qua inuenit opera iam iustifica-
torum, quam propterea electionem ad reg-
num præcessit in mente Dei iustificatio pe-
ccatoris.

Serm. 7.
de verbis
Domini.

Eandem duplicem electionem alibi docet
his verbis: *Elegit Deus & secundum suam ius-
tiam, & secundum hominum iustitiam.* Talia
verba Apostoli: *Clamante Elia, Ego sum solus,*
respondit ei Deus, Reliqui mihi 7000. v. v. r. v. v. v.
& in hoc tempore reliquæ saluæ factæ sunt per
electionem gratis. Hoc est, idem Christus est non
tunc erat. Quid est quod dicit, *Reliqui mihi*
illos elegi, (scilicet secundum iustitiam & ad
gloriam) quia vidi mentes eorû de me præsentem
non de se, nec de Baal. Nō sunt mutati, sic sunt, in
me facti sunt. Hæc Augustinus. Rursum alio
loco, tractâs illa Christi verba, *Non vos me ele-
gistis, sed ego elegi vos; & docens non proprie
Apostolos electos fuisse quia crediderunt, sed
vt crederent; & ex Apostoli verbis hoc cõ-
mans, vbi dicitur, Elegit nos ante constitutionem
mundi; quod profectō (ait August.) si proprie
dictum est, quia præsciuit Deus credituros, non
facturus erat ipse credentes, contra istam præscien-
tiam (scilicet quæ negat præuenientem De-
i operationē in fide credentium) loquitur Filius
Dei dicens, *Non vos me elegistis, sed ego elegi*
(in quibus omnibus verbis electionem gra-
tiam gratuitam corroborat) subnectit statim*

De præ-
dest. sancti
cap. 17.

hoc potius præsciuerit Deus, quod ipsi eum sue-
 rent electuri, ut ab illo mererentur eligi. Nestipō
 gloriam. Quis enim putabit Augustinum
 merere homines mereri electionem ad gra-
 tiam, idque eo in loco ubi fortissimè pugnat
 pro gratia? Imò disertè docet in sequentibus,
 Deum præscire iustorum merita propter que
 ligat eos ad gloriam. Citatis Iacobi verbis,
*Quia Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in
 alio, & hæredes regni? ex eis ita concludit: Eli-
 genda ergo facit diuites in fide, sicut hæredes regni.
 Iustæ quippe in eis hoc eligere dicitur, quod ut in eis
 faciat, eos elegit. Quid est illud, quod ut Deus
 in electis suis faciat & operetur, eos prius
 eligat? An non est hoc ipsum, esse diuites in fide
 & bonis operibus? Non enim de fide inani lo-
 quebatur Iacobus. Deus igitur ut faciat di-
 uites in fide & operibus bonis, eligit paupe-
 res, vacuos fide, planeque impios; & sic eli-
 gendo facit diuites in fide. Rursum, hoc ipsum
 in eis elegit (ait Augustinus:) & rectè hoc dicitur
 eligere, sed ad quod, nisi ad gloriam, & ut sint
 hæredes regni? Nam sic eligendo facit hære-
 des regni. Vtrumque dixerat Augustinus,
 & vtrumque probat, duplicem electionem
 constituens. Sic alibi scripsit: *Quum nos præ-
 sciuit Deus, opus suum præsciuit, qui nos sanctos
 & immaculatos facit. Ponit præscienciã bono-
 rum operũ, nõ contra gratiã Dei, sed ex gra-
 tiã Dei. Sit ergo hæc prima responsio contra
 Caluinum & Bezam, Augustinum, quum
 M m operum**

De præ-
 sanctor.
 cap. 19.

operum præscientiam negat, de electione ad primam gratiam loqui, non de electione ad gloriam præcise & seorsim accepta.

Opera præuisa quæ & qualia negat Augustinus. Alia responsio est, Augustinum, quum operum futurorum præscientiam in diuina electione negat, non de operibus gratia deputare, quæ Deum præscire & eligere iam ex ipso Augustino docuimus, sed de operibus liberi arbitrij, quæ ponebant Pelagiani pro causa electionis ad gratiam, contra quæ semper in hac materia disputat Augustinus.

Epist. 105.

Quare in epist. ad Sixtum, loco à Caluino citato, citatis illis Pauli verbis, *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis: Vbi* (inquunt) *nunc merita, vbi opera, vel præterita vel futura, tanquam liberi arbitrij viribus adimpleta vel adimplenda? Nõnne apertam protulit Apostolus de gratuita gratia, hoc est, vera gratia commendatam sententiam? Talia opera præuisa in causa prædestinationis meritò excludit Augustinus.*

De prædest. & grat. c. 17. & 2.

Rursum alio in loco quum dixisset, *Quid futurorum eorum mores (Iacob & Esau) dicitur diuinum discreuisse iudicium, profectò illud euacuabitur quod præmisit Apostolus, Non ex operibus, & paulò post subiungit: Ne forte vasa in honorem prædestinata suis aliquid viribus tribuendo negarent gratiam Creatoris, alio eos loco Apostolus vasa misericordia nominauit. Vbi iterum ostendit qualia futura opera à Deo præuisa semper intelligat. Nempe hæc propria Pelagianorum impietas fuerat, præuidere Deum hominum opera*

per proprijs viribus laudabiliter facta, & secundum ea ad fidem & gratiam suam illos vocare. Sic eorum sententiam refert Augustinus his verbis: *Præsciebat, ait Pelagianus, qui facti essent sancti & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, qua tales esse futuros prævidit, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent, prævidit, ans filios, quos futuros sanctos immaculatos præsciuit: utique ipse non fecit, nec se facturum, sed illos facturos esse prævidit.* Hæc Pelagianorum impia fuit sententia, qua in electione electorum Dei præscientiam ponebant contra Dei gratiam. Et contra hanc impietatem etiam Apostoli verbis fortiter semper ac salubriter disputat Augustinus. B. igitur Augustini doctrina contra præscientiam operum in electione divina, pro Caluino & Beza nihil facit hac duplici ex causa; tum quia de electione ad primam gratiam semper disputat, tum quia opera præuisa, quæ excludit, liberi arbitrij opera sunt, non opera gratiæ, quæ excludi Calvinus & Beza volunt. Ex eadem quoque duplici causa, præscientiæ operum à nobis antea explicatæ B. Augustini doctrina non aduersatur, tum quia de electione ad gloriam præcisè loquimur, quam sine vlla operum consideratione factam voluit Calvinus; tum quia non nisi opera gratiæ intelligimus, ideoque cooperationis præscientiam potius quam operum ailerimus.

M m 2 Sed

De præ-
dicti sancti
cap. 18.

Præscien-
tiam Dei
contra
gratiam,
Pelagian.
propria.

Sed nunc ut ad alia pergamus, aliam Calvini ac Bezae non improbabile tantum sed profusus impiam ac blasphemam sententiam in aliis Apostoli verbis expendemus, simulque rebus qui contextus Apostolici veram ac sanam intelligentiam aperiemus.

14. *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum?*
15. *Deum? Absit. Moysi enim dicit, Misereor cuius misereor; & misericordiam precor cuius miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum contempsisti te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut nuntietur nomen meum in universa terra. Ergo cuius vult, miserebor, & quem vult, indomabo.*

Horum verborum magna ex parte simplicem & apertam intelligentiam aperuimus. Nunc ut illa pervertat Calvini, & quid ex illis venenati dogmatis succenturi, aperiendum nobis est. Ad hanc Apostolice quaestionem, *Nunquid iniquitas apud Deum?* scribit Calvinus: *Obiectio ista clare testatur, quod alios eligit Deus, alios reprobat, causam non aliam quam in eius proposito quaerendam esse. Nam si in operum respectu fundatum esset discrimen, frustra quaestionem de iniustitia Dei Paulus movisset, cum nulla potest esse suspicio, ubi Deus quem ne pro merito tractat. Fallit hic lectorem impostor, de ea semper electione & reprobatione disputans, quae nisi ultimum eius effectum respiciat, vicium*